





\* ex Bibliotheca de cibis. Viteberg. 1710.  
\* Prusile Thorea Senuccio. Viteberg. 1590.  
\* Lep. Bo. Chirurg. Gall. Hung.  
7. P. M. sebast. kochmayeri. Viteberg.  
ex 2. Reg. II. Viteb. 1627.  
+ Diesel. car. de Chirurg. Wickmannshausen.

\* ex Ecclesiast. XII. 1 — 7.  
+ ex S. S. LXVIII. 25:26  
Ex Ps. XLIX. 6.

eingezetet 17. III. 1915.



51

666)

53.

Exercitatio Philologica.

super versum 2. & 3. cap. 1. Hosea.

quam

## BONO CUM DEO.

Concedente Amplissima Facultate Philosophica

in Illustri Leucoreâ, Placida φιλολογίαν των συζητήσεων  
publicè proponunt

M. JOHANNES TATINGHOFF  
ENCHUSA-BATAVUS.

ET

MICHAEL FRID. TATINGHOFF,

Enchusa-Batavus. SS. Th. Stud. & Phil. Cand.

Ad diem 8. April. f. 7.

boris Antemerid. in audic. minore.

ANNO

Per. Jul. 6367.

Christi vulg. 1654.

Veri 1656.

A Passione Christi 1622.

---

Ex Ergasterio Johannis Haken.



V I R I S

*Admodum Reverendo, Amplissimo, Excellentiss. Clariſſ.  
Celeberrimis.*

**DN. ABRAHAMO CALOVIO, SS.**

Th. D. & PP. Consistorii Ecclesiastici Adseffori gravissimo, Ecclesiae Wittebergensis Pastor vigilantisſimo, Nec Non Circuli Electoralis Saxonici Superintendenti Generali &c.

**DN. M. REINHOLDO FRANCKENBERGERO,** Historiarum P.P. & p.t. Collegii Philosophici DECANO.

**DN. AUGUSTO BUCHNERO,** Eloquent. & Poēt. PP. & Totius Academiæ Seniori.

**DN. M. CHRISTOPHORO NOTTNAGELIO,** Sup. Math. PP.

**DN. M. JOHANNI ERICO ÖSTERMANI** Græcæ linguae PP.

*ut Et Viro præolarissimo*

**DN. M. JACOBO REICHMANI** Facultatis Phil. Adjuncto dignissimo & Scholæ Witt. Correctori.

*Domino Hospiti, Preceptoribus, Fautoribus ac Promotoribus omni observantia cultu depenerandis*

Omnia Salutaria à Redemptore Christo precole-  
cum oblatione Disputationis hujus PHILOLOGI-  
CÆ In grati animi tenuijsion, & ulterioris favo-  
ris fomentum.

*Michaël Fr. Tatinghoff*

אֵיךְ

תְּחִלָּת רֶפְלוֹהוַה הַשְׁעִי אָמַר יְהוָה אֱלֹהִים הוֹשֻׁעַ לְקַח לְךָ  
בְּאַשְׁתָּןְגִּנִּים וַיְלְדוּ נְגִנִּים כִּי וְנֵה תְּנוּהָ חָרָץ מִצְחָרָה  
יְהוָה יוֹילְקָנְקָחָת גָּטָר פָּתָר פְּבָלִים וַתְּהַפְּתַלְדֵּל לְאָבָּא:

Textus O-  
rig. Hos.  
vers. 2. 5.

c. l.

שְׁלִוּרָת פְּתַגְמָא דָיוּ בְּהֹשָׁע וְאָמַר יְהוָה לְהֹשָׁע אֲזַעַל  
אַתְּנָבֵי נְכֹואה עַל יְתָבֵי קְרֹתָא טְעֵחָא רְאִינוֹ מּוֹסִיבָן לְמִיטָח,  
אָרוּ סְטָעָא יְטָעָא דָיוּרְיָא אוּעָז מְבָתָר פּוֹלְחָנָא דָיוּ זָא וְאָזָל  
תוֹאַנְבֵּי עַל יְהֻזָּדָא סְתִּיחָוּבָא יְשַׁתְּקָב לְהֹא וְאָם לְאָא כְּפִוָּתָה  
עַל זְרִיכָה תְּרָתָה וְאָסִיפָה וְעַבְדוּ עַוְברִין בִּישִׁין :

i.e.

Principium verbi Domini in Hosea , & dixit Dominus ad Ho-  
seam: Vade, prophetira contra habitatores civitatis idolola-  
terę, qui addunt peccare, quia errando errabunt habitatores  
terræ à cultu Domini. Et abiit, & prophetavit super eos, qvad  
si conversi fuerint, remittetur eis; sed si non, sicut defluunt fo-  
lia ficiūnē, defluent, at addiderunt, & fecerunt opera mala.

Versio  
LXX.

Αρχὴ λόγυς Κυρίου πρὸς Οσέαν· καὶ εἶπεν ὁ Κύρος πρὸς Οσέαν,  
Σάδιζε, λαβὲ σαυτῷ γυναικαῖς πορνεῖας, καὶ τέκνα πορνείας, δι-  
ότι πορνεύεσθαι ἐκπορνεύεσθαι οὐκ ἀσθὲ τῷ Θεῷ καὶ ἐπορεύεσθαι  
καὶ ἔλαβεν τὴν Γομέρην θυγατέρα Δεβελαίην. καὶ συνέλαβεν, καὶ  
ἔτεκεν υἱόν.

Principium loquendi Dominum in Osee, & dixit Dominus ad  
Osee, Vade, sume uxorem fornicationum, & fac tibi filios  
fornicationum, quia fornicans fornicabitur terra à Domino: &  
Abiit, & acepit Gomer, siliam Debelaim: & concepit, & pe-  
perit ei filium.

Versio  
Vulgata.

Vnd da der H̄EER an sieng zu reden durch Hosea/ sprach Er zu  
Ihm: gehe h̄in/ vnd n̄sib ein Hurenweib/ vnd Huren Kinder/ den  
das Land leusse vom H̄Erren der Hurey nach: Vnd Er ḡterg  
h̄in vnd nam Gomer die Tochter Diblaim/ welche ward schwang-  
ger/ vnd gebahr ihm einen Sohn.

Versio L.M.-  
theri.

Het

*Versio Bel- gicae* Het begin vant' vvoort des Heeren door Hosea : de Heere da-  
sceyde tot Hosea ; Gaet henien , neemt u eene vrouvve der hoe-  
rereyen : vwant' het landt hoereert gantschelick van achter den  
Heere : Soo ginck hy heenen , ende nam Gomer een dochter  
van Diblaim , ende sy ontfinck , ende baarde hem eenen foo-  
nie .

# VERSUS 2.

בָּהוֹשֵׁךְ תְּחִלַּת דְּבָרֶרֶת הָזֶה Princípio loquutus est Dominus in Hosea: i. e. ut explicat R. David Kimchi in h. l. Initium, quo locutus est Dominus per Hoseam, hoc fuit, quod dixit ei &c. Putat tamen Immanuel Tremellius in enarratione bujus Prophetæ p. 20. in contextu ebraico Eclipsin esse, quæ implenda est, ut clarius sit interpretatio: constat enim, inquit, nomen תְּחִלַּת i. e. principium, eam habere formam, quæ in constructione genitivum post se exigit. Cum autem nullum sequatur diversum nōmē, subaudiēdū est הַדְבֵּר verbi, ex verbo, quod proxime adjungitur לְדָבֵר locutus est, ac ita vertendum. Principium verbi, sive sermonis, quem locutus est Dominus in Hosea. At si תְּחִלַּת est adverbium, ut רְבָת Psal. 120. 6. sicut observat Cl. Coccejus in h. l. p. 3. non erit necesse fingere in contextu ellipsis &c. Testatur v. Drusius in h. l. p. 6. se vidisse editiones, in quibus esset תְּחִלַּת אֲשֶׁר דָבַר initium, quod locutus est. Si autem דָבָר est nōmen, ut placet Drusio in h. l. p. 5. & Riveto p. 6. qua forma dicitur עַל גַּבְּ balbus, balbutiens, cum tseri, quomodo etiam scriberetur דָבָר, nisi sequeretur lineola macaph, quæ ultimas longas corripit in analogas breves, verti commode potest, Principium sermonis Domini in Hosea, scil. est hoc, quod sequitur, dixit enim &c. Sed sive דָבָר nominaliter, sive verbaliter sumatur, sensus tamen manet idem: Illud autem hinc excuspi nullo modo potest, quod Deus, uti voluit nonnulli inter Rabinos, omnium primò inter Prophetas cum Hosea locutus sic... Qua de re ita R. D. Kimchi in præfat. super prophetas minores. אמרו ר' זול כי כבאות הוושע קדרמה לבבאות ישעה וזהו שאמר תחילת דבר יי' בחושע וכי בהושע דבר תחילתו והלא ממשה רבינו עליון השלום עד החושע כמתה נביאו אמר רבי יוחנן שהיתה תחילת כל דבר עת שכתבאו באותו הפרק אלוהן הושע ר' אדרבא נביאים שנכתבאו באותו הפרק אלוהן הושע i. e. Dixerunt Doctores nostri pie memorie prophetiam Hosea precedere prophetiam Jesaiæ, Et hoc

innui per illa verba, Principium sermonis in Hosea. Sed quomodo  
in Hosea locutus est initio? nonne à Moše Doctore nostro quamplus  
rimi prophetæ? R. Johanan ait, initium illud pertinere ad qua-  
tuor prophetas, qui illo tractu temporis prophetarunt. Sunt  
autem Hoseas, Jesaias, Amos, & Michas. Sed hoc tantum, quod se-  
hinc Deus cum eo caput loqui, & hoc jubere primum, quod se-  
quitur. Recte R.S. Jarchi in b.l. מִקְרָא תְּחִלַת וּפְשׁוֹטוֹ שֶׁל רְבּוֹר שְׂנִירְכְּרָבְּהַקְבָּה עִם הַוּשָׁע יְמֵרְלָנוּ כִּי קָתְלָן אֲשֶׁר זְנוּנִים i.e. Sed simplex sensus contextus est, Initio sermonis, quem  
locutus est Sanctus, qui benedicatur, cum Hosea, dixit illi sic, sume  
sibi uxorem scortationum. Excipit Cornelius & Lapide comm.  
in h.l. p. 52. Hoc sensu eccleros omnes prophetas idem princi-  
pium usurpare potuisse, ac pari modo dicere. Principium loquen-  
di Domini in Isaia, Abdia, Joel &c. jam autem nemo alias hoc  
dicit, sed solus Osee. Signum ergo est eum non tantum hunc  
sensum, sed vel maxime priorem, qui soli ei competit, exposce-  
re. Resp. quæ consequentia, Isaias, Abdias, Joel non usu fu-  
erunt tali loquendi formula. Principium loquendi Domini in  
Isaia &c. ergo phrasim illam denotat prioritatem temporis in pro-  
phetado! an hoc non liberum erat prophetis, ut ab initio suæ pro-  
pæ, tali phrasim? quid si Malachias tali phrasim usus fuisset, an pec-  
casset? minime, qui tam omnium prophetarum ultimus fuit Quod  
igitur nemo praeter Hosea dicat, Principium loquendi Domini,  
non arguit neminem potuisse usurpare idem principium eō sensu quo  
nihil illud volumen intellectum. הַתְּחִילָה est in statu regiminiis ab ab-  
solute הַתְּחִילָה, initiū, principiū, a quo nomine Rabini format ver-  
bū in Hiphil, litera formativa ת in radicalē cōversa, ut הַתְּחִילָה  
et rad. בְּרַחֲלָה perforari, cōfodi, itē, tripudiare, saltare Ps. 87.7. Jud. 21.  
et in Hiphil notat, Incipere Gen. 6.1. דָבַר potest, ut ante monui-  
mus, esse vel nomen, vel verbum: si est verbum, erit 3. sing. præt.  
Piel: Si verò nomen, erit formæ שְׁלָמָם. אַלְמָם quo significatu'  
exstat Jer. 5.13. וְהַדְבֵר אֲזִין כְּלָמָם. Obser-  
vat hic R. D. Kimchi verbum דָבָר cum בְּנֵי constructum, ut hic sit,  
Prophetiam significare. Verba ejus haec sunt. מְאֻנוֹ לְשֹׁת  
דָבָר שְׁפֹתָא עֲנוֹז נְבוֹאָה קְשֹׁור עַמְּ בֵיתָה שְׁמֹשׁ כְּמוֹ \* דְּרָךְ  
אָרְבָּה תְּהִרְבִּיהָוָה תְּלָא גָם בְּנֵרְבָּר \* רֹוחָיְהָוָה רְבָרְבָּי \* פָּה אָלְבָרְבָּמָה  
i.e. Invenimus verbum loquendi, Prophetiam.

significare, junctum **בְּ** servili, ut Num. 12. 2. num per solum  
Mosen locutus est Dominus? nonne & nobis similiter est locu-  
tus est? 2. Sam. 23. 2. Spiritus Domini locutus est per  
me. Num. 12. 8. ore ad os loquar ei. Adjiciendum &  
hoc est **רָבֶּה** apud ebraeos non solum verbum, sermonem, & do-  
ctrinam significare; sed etiam rem ipsam: non itaq; hoc loco  
**Verbum** simpliciter accipiendum pro denuntiatione Prophetiae  
per Hoseam facta ad populum, sed pro re à Deo prophetae reve-  
lata. **הַדָּת** Nomen Dei esse essentiale est, creaturæ nullo modo cō-  
municabile. Quo ipso innuitur primarium hujus prophetiae  
Hoseæ, esse solum Deum Patrem, Filium, & Spiritum S. qui idem  
est **אֵלֹהִים**. Prophetiarum omnium. Hinc legimus o-  
mnes serè prophetas, vel in initio, vel in medio librorum suorum,  
illud sape repertere, **Verbum Domini**, **Hec dicit Dominus** &c. Radix est **הַהָּוָה**, quæ occurrit Gen. 27. 29. Neh. 6. 6. Errat  
itaq; Hier. ab Oleast. qui teste Excell. D. Galovio p. 2. Inst. Theol. c. 4.  
de nominibus Dei, p. 77. nomen **הַהָּוָה** derivat ab **הַחֲרָם** Arumna,  
Pravitas. Jod initiale in **הַהָּוָה** est præformativum nominis,  
ut in alijs nominibus propriis **בָּרוּךְ**, **בָּרוּךְ** patet: designat au-  
tem vox illa, tum essentia independentiam, quod primò per  
se existat, semper sit & incommunicabiliter, tum rerum omnium  
originem, & dependentiam, quod esse, id est, existere faci-  
at, quicquid est, & omnibus sit omnia, sive quod omnia in  
ipso sint, vivant, & moveantur: tum etiam promissionum, &  
comminationum firmitatem, ac constantiam, quod iis esse ra-  
tum, & stabile largiatur: quod idem etiam observatur in notis  
ad cap. 2. v. 4. Gen. Bibl. Holland. JEHOVA. beteekent den self-  
standigen, selfvvesenden, van hem selven zynde van eeuvvi-  
cheijt tot eeuvvicheijt, ende den oorspronck, oste oorsake van  
het vvesen aller diagn. Magna hic oritur difficultas circa  
nominis **הַהָּוָה** lectionem, quæ Criticos torsit olim, & nobis  
etiamnum negotium facessit. Negant enim multi propria id  
habere puncta, ideoque vel **אֱלֹהִים** esse judicant, vel saltē  
aliter, ascribitur, pronuntiandum, scil. per Adonai, aut, si cum  
Adonai jungatur, per Elohim. Nos tamen firmiter credi-  
mus

mus **בְּהִשְׁעָן** propriis constare vocalibus, secundum quas etiam  
pronuntiari debet. Rationes pro hac sententia plurimas ad-  
ferunt Philologi, & Critici, quas brevitatis causa omittimus;  
videlicet interim potest *Excell. D. Galvii Theol. Nat. & Revel. p. m.*  
*237. D. Franz. de Interpretatione S. S. orac. 103. &c.* **בְּהִשְׁעָן** in Ho-  
sea: **בְּהִלְלָה** notat propriè IN. ut *Hebr. I. 1. ἡγετοῖς προφήταις, εὐ ְנָפֶךְ:*  
Deum enim, inquit *B. Tarnovius* in h. l. p. 18. locutum esse in  
Hosea, longè plus est, quam si dicam, locutum eum esse ad  
Hoseam, siquidem ad omnes creaturest etiam improbos homi-  
nes Deus loquitur, aut loquitur esse per Hoseam, quandoquevi-  
dem etiam per asinam Deus est locutus, in quo tamen gratiore  
eo modo, quo in prophetis fuit, habuisse non legitur: cum  
*Tarnovio* consentit etiam *Ribera* in h. l. p. 24. & *Tremellius* in h. l.  
p. 21. Vifum est, inquit, hic (literam Beth) latine exprimere IN,  
ut internam Dei cum servis suis prophetis communicationem  
melius declararem. Si quis autem interpretetur, PER, mini-  
sterium, & præconium denotabit. Atqui voluit Propheta ini-  
tio autoritatem doctrinæ suæ ex divina revelatione, & commu-  
nicatione constituere, non autem suarum concionum ordiné  
struere. **בְּנֵי שָׁמָן** descendit à rad. **בְּנֵי שָׁמָן** in Hiphil est in usu, no-  
natque, salvare, salvum facere, servare, *Jud. 7. 2. 2. Sam. 10. 11.* ut  
hosea idem sit cum nomine *Josua*, & *Jesu*, quod Servatorem  
notat, prout ipse Angelus apud *Matth. c. 1. v. 21.* ita explicat hæc  
vocab. Fuit autem hic hoseas filius Beeri: quæ vox, vel à pu-  
teo (dicto) qui claram, vivam, & limpidad aquam con-  
tinet, vel ab explanando, & declarando (בְּאַר in piel, declara-  
vit) dicitur. Quis verò fuerit ille Beeri, jam ignoratur, quia  
de eo non est alibi mentio facta in S. Literis. *Isaacus*, refe-  
rente *Aben Ezra* in h. l. dixit eum esse Elam: contra quem *A. Ezra* disputans contendit, hoseam hunc non esse eundem cum  
hosea filio Elæ, cuius mentio fit *2. Reg. 15. 30.* disputationem.  
*A. Ezra* hic sistere lubet וְלֹא יָוֹשַׁב בְּסֻפֶּר וְלֹא יְאַמֵּר  
שְׁחוֹתָה בְּנֵי אלָה כִּי בְּאָרִי הוּא אלָה כִּי מִצְאָה כְּתוּב \* וּבְאָרִים  
יַלְלָתָה וְאוֹן אֲלָה אֱלִישָׁם כִּי בְּעָבוֹד אָוֹת נָסְפָוּ שְׁתַנָּה חַשְׁטָב  
כְּטוּזָפָ וּזְפָחָה וְעוֹזָר כִּי אִין מִשְׁפָט לְשׂוֹן הַקְּרוֹשׁ לְאָמוֹר עַל שְׁמָם  
שְׁלַשׁ שְׁהֹא בְּנֵי עִיר רַק אֵזֶם היה עַל דָּרְךָ כָּל כְּטוּבָה שְׁיוֹן  
רַק יְתִיחַשׁ אֱלָה עִיר כְּטוּ שְׁטוֹרָגָן

¶. c. Isaacius perversum locutus est in eum (Hoseam), in libro suo , cum dicit eum esse filium Ela. quod Beeri sit Ela : quia scriptum invenit Esa. 15. 8. Atqui אלה וּבָאֶר אֲרֹלִים יְלַלְתָה non est אלים : nam ob literam adjectam mutatur nomen ut זִפְה & זִקְנָה . Insuper quia non est mos linguae sanctae dicere de nomine particulari , quod sit filius urbis , nisi si id generaliter dicatur , ut filia Sion , sed ab urbe deducitur , ut שָׁמְרוֹן Samaritanus : Duo a. cū , pergit A. Ezra l.c. impulerunt , ut ita dicaret: unū quia invenit in 1. Par. 5 v. 5. Beerah filius ejus , quē captivum duxit Thelgath - Phalnasar rex Assyriorum , & fuit princeps in Tribu Ruben . Et is fuit Pater hujus prophetæ . Et secundum , quia dicit , Hos. c. 12. 2. Et ad visitandum contra Jacob juxta vias . Nam ipse hoc exponit de Jacob Patre nostro , qui abstulit primogenitaram à Ruben . Sed non est expositio ejus ut putavit : Et ecce oblitus est ejus , quod est scriptum de Hosea filio Ela 2. Reg. 17. 2. Et fecit malum in oculis domini .

וַיֹאמֶר יְהוָה צְבָאָה וְאָמַר Et dixit Dominus ad Hoseam. est 3. sing. fut. Kal. habet tamen significationem præteriti , ob vau conversivum . Radix est אמר dixit , edixit , præcepit , jussit , ut Jon. 2. v. 11. וַיֹאמֶר יְהוָה לְךָ & dixit Dominus ad Pissem LXX. σε τάγη , præcepit . Forte & hoc loco non incommode accipi poterit pro , præcipere : præsertim quia mox expressum mandatum sequitur . Quantum ad significationem , vau , recenset Pagninus l.l. Gramm. Ebr. c. 22. 23. 24. Viginti hujus particulæ significata . Usitatoria hæc sunt : capitur enim 1. sensu adverbiali אלא sed , ut Psal. 3. 14. ואַתָּה יְהוָה . Sed tu Domine , Targ. ואַתָּה יְהוָה LXX. סְלֵג קָרְבָּן . 2. causali ut , למען , Targ. 2. v. 2. Contendite cum Matre vestra וְהַסְרָה ut auferat fornicationes suas (Targ. tamen vertit עֲרָה דְתַעַרְתִּי donec auferat opera sua mala ) 3. copulativo . 4. illativo , Ergo , itaque ut Psal. 2. v. 2. וְעַתָּה nunc ergo . Targ. & adhuc i.e. adhuc ergo . Potest hoc loco vau tam sensu copulativo , quam illativo accipi , prout vox רְכָר sumitur vel nominaliter , vel verbaverbaliiter : posterius tamen nobis attridet , ob accentum athnach pro-

proximè præcedentem. **וְיַד** nomen tergat pœnatur. v, de quo supra. Nunc solum notari potest, quod nonnulli Critici in voce ista querant mysterium Sacro Sanctæ Trinitatis. Nam sicut prima litera Jod origo est cæterarum literarum, ita Deus Pater origo est, ut italoquar, S. Trinitatis: altera litera **ל** denotat secundam personam S. Trinitatis, in qua invisibilis Deus per assumptionem humanæ naturæ in plenitudine temporis Demonstrativus, i.e. visibilis factus est: ut dicere possimus. In hac habitat tota plenitudo Deitatis σωματικῶς Col. 2.9. Quocirca etiam litera **ל**, quæ alias signum est demonstrativum, bis in hac voce exprimitur, ut denotetur duplex in Christo natura: Per tertiam literam vau significatur Spiritus S. qui Deus omnis solatii est, quiq; vinculum amoris divini est inter Deum Patrem, & Deum filium. **ל** est præpositio separabilis redditur q; Ad apud, juxta, super, propter, coram, pro natura contexiq; ap. d Jer. 51. v.3. **ל** sumitur pro **ל** **א** **ל** **נ** **ו**, quod & in marg. annoatur **ל** **א** **ל** **ר** **ו** **ק** ne calcet calcator arcum suum **וְאֶל** **וְתָעַל** **וְאֶל** **ר** nec exaltetur.

**לֹךְ קָחْ רָאֵשׁ אֲשֶׁר־זִנְנִיתִ וַיְלֹדוּ זְנוּנִים:**  
**Vade sume tibi uxorem Scortationum, & filios Scortationum.** **לֹךְ** abi, vade, est imperat. Kal à rad. **רָאֵשׁ** ivit, venit, ambulavit. in Kal tantum infinitivus, imperativus, & futurum usurpanatur. Infinitivus i. Paralip. 17. **לְלִבְתָּה** ad eundem cum Patribus tuis. Imperativus hoc loco, & Gen. 12.1. Observandum tamen imperativum usurpari sepe pro particula hortantis, & excitantis ad agendum aliquid: ut itio sit sedulitatis, sicut sessio pigritiae. Gen. 19. **לְכָה** Targ. **אֵת נָא** veni, potabimus patrem nostrum vino. Jud. II. **לְכָה** veni & esto nobis in ducem. Futurum **כְּלִכְרֹה** ibimus &c. **לְקָחַ** accipe, sive duc, scil. in matrimonium, est imperat. Kal regulariter esset dicendum **לְקָרְבָּה** quod occurrit Exod. 29.1. radix est **לְקָחַ** accepit, abstulit, sustulit. quando conjungitur cū **אֲשֶׁר־זִנְנִיתִ** vel **אֲשֶׁר־זְנוּנִים** sepe notat, ducere in matrimonium. ut Gen. 36. Et Esau **לְקָחַ**, Targ. **בָּסְבָּה**, accepit uxores, duxit in Matrimonium **לְךָ** tibi, vel ad te **אֲשֶׁר־זִנְנִיתִ** mulierem scortationum: i.e. quæ dedita sit scortationi. Utitur autem Sp. S. numero plurali, non

B

solum,

solum, quia non reperitur in singulari, sed etiam ut no-  
tetur non unum genus idololatriæ esse in populo, quo sunt cō-  
taminati: siquidem tale scortum etiam in Matrimonio (quod  
ideo adulteram, פָנָא פָה, vocat propheta c.3. v. 1.) omnibus pro-  
miscuè se prostituit: Similis phrasis occurrit Ps. 5. v. 7. אִישׁ דְמִים  
vir sanguinum: i.e. sanguinolentissimus, qui multorum san-  
guine se polluit, ita ut נִשְׁתַתְנִינִים hic nihil aliud sit, quam  
scortum omnibus modis infame, sive omnibus expositum li-  
bidinibus: וַיַּלְדוּ זְנוּנִים & filios scortationum. ponit  
tur in statu Regim. pl. num: in statu absolute est בֶּן־יִלְדִּים  
sing. בֶּן puer, puerulus, natus, recens propriè, ut Exod. 2. 8c  
indè ad Majorem etiam, ætatem transfertur, ut Gen 37. 10. & 32.  
22. quanquam aliquando quoque ad mentem referatur, ut Esa.  
2. v. 6. notatq; vel libros vel artes inventas, notante Vatablo in  
cap. 2. Esa. dicūtur a. filii fornicationū, nō propterea tantū, quod  
ex scorto nati sunt; sed etiā quia ipsi fornicantur: putat D. Ri-  
vetus cum Drusio in h. l. p. 7. hic repetendum esse verbum תְּקֻחָה: ut  
locus hic ita suppleatur. Accipe tibi Uxorem scortationum, &  
ex ea filios scortationum suscipe. Utrumq; accipere, & su-  
scipere, inquit, quorum illud ad uxorem, hoc verò ad liberos  
pertinet, uno verbo Ebraicenuntiant, quod in duos resolvi debet  
id exigente aliarum linguarum idiotismo. Sed negat rectè B.  
Tarnovius in suis Exercitationibus super h. l. p. 622. ebraos unquam  
dicere לְקֹחַ יְלָדִים; sed בְנִים תְּקֻחָה. Phrasis enim prior pla-  
nè in diverso sensu occurrerit Exod. 2. 9. הַיְלֵד accepit  
filium (scil. à Pharaonis filia) & nutritum eum. Sed hic circa  
mandatum Dei gravissima oritur difficultas: nam licet, inquit  
Doctissimus Rivetus in h. l. in scopo mandati hujus conveniant  
omnes interpretes, nec ullus sit, qui dubitet, haec directa esse  
contra idololatriam Israëlitarum, eamq; reprehensionem ita  
institui, ut sub nomine prophetæ, Deus, intelligatur, sub no-  
mine Scorti, synagoga Israëlitica, & totus populus, in ea idolis  
serviens: sub nominibus filiorum, & filiæ, varios status ejusdē  
populi, & varias poenas, idq; Deum populo voluisse significari  
à propheta in præsenti type, tamen in typi interpretatione ma-

gna oritur difficultas. Aliqui enim sunt, qui putant hoc mandatum, & quod de ejus exequutione subjicitur, præcisè accipendum, ac si Deus prophetam suum in lupanar amandasset, ut in dñe scortum deligeret: in qua sententia fuisse Isaacum, testatur R. Aben Ezra in h.l. multosque etiam alios doctores Judæos ita docuisse, quod res ita, ut sonat litera, acciderit, narrat R. D. Kimchi. Verum Isaacum putat cœcitate percussum R. Ab. Ezra, eamq; sententiam, quæ nonnullorum quoq; est Christianorū Theologorum, prolixè, & eruditè refutat B. Tarnovius in suis Exercitationibus: Huic enim facto obstat severissimum Dei mandatum, omnibus Sacerdotibus datum Lev. 21.7. Scortum ne ducant uxorem neq; prophanam, neq; ducant mulierem repudiatam à marito suo, quia (talis) sanctus est Deo suo, Ab. Ezra, & R. D. Kimchi existimant totam hanc rem in nuda visione accidisse: sic enim Rabbi David Kimchi locum hunc explicat.

כל זה הענין היה במראה הפהיויה שאמר לו שיקח אשת זוניות ולקחה והרתה וולדת ממכנו שלש פעמייט וויה משל לישראל היזונים מצחורי יהוה וזהו שאמר בזונה תונה הארץ מצחורי יהוה פירוש ילדי נוגדים וזה גולך ממנה ילדי זוגלים כי אשׁר זנופים היבש אבן וישראל והגולודים מהם באלה הרוות זוגן פאחרדי יהוה:

i. e. Tota hæc res in visione Prophetæ accidit: quod dixit ei, ut uxorem meretricem duceret, & duxit eam, quæ prægnans facta ter ex eo peperit. Qua parabola significantur Israelitæ scortantes relicto Domino, & hoc est, quod dicit: nam scortando scortabitur terra. Et sensus זוכרים. Et erunt tibi ex ea nati meretricij, quia mulier est meretrix. Sic Israelitæ, & ex illis ea ætate nati, relicto Domino sunt scortati. Huic sententiæ subscribunt etiam Theologi Batavi in notis Hollandicis ad h.l. Als de Heere eerst begon te spreken in Hosea om naeder te toonen, dat het volgende niet geschiet zij inder daet, maer door een gesichte in den geest invendighlick by maniere van parabel, offe gelyckenisse,

den prophete van Godt zij geopenbaert, ende naderhandt den volcke also, als een prophetisch gesichte, voorgedraegen. Sed textus evidētia huic sententiæ videtur repugnare, siquidē propterea illa revelata esse credimus, ut Hoseas illa in sua cōjuge, & liberis ad populum exequeretur, honestisque in honesta tribueret nomina, ut ita rei novitate excitatam Synagogā Judaicā ad suam familiam ablegaret, atq; doceret, quod cum hæc nullo suo merito in typō cogeretur tam probrofa portare nomina, apud animum seriō perpendat, quid ipsi suo vītio, & culpa esset tandem futurum, quæ verè ita spiritualiter poterat dici. Adde quod rei etiā imaginatio honesta nō sit: nec videtur conveniens statuere Deum speciem scorti repræsentasse imaginationi Prophetæ, eumq; sibi visum fuisse cum scorto consuetudinem habere: nam quæ non sunt honesta in se, neque etiam possunt esse honesta in visione imaginaria. Arridet itaq; nobis Beati Lutheri sententia, quæ exstat in prefat. super Hoseam, scil. quod propheta non duxerit Uxorem, vel mulierē meretricem, sed honestam habuerit conjugem, quæ & honeste educata, & honesti civis filia fuit, & legitimos ex ea liberos suscepit, cui tamen jussu Dei nomen Scorti, & liberis nomen fornicariorū imposuerit ob signū, utita rei insolentia populum ad agnoscendam turpitudinem spiritualis fornicationis, & subsecuturam poenam excitaret. Verba Lutheri l.c. hæc sunt Das er aber vielmahl des Worts (Hure und Hnrerey) braucht vnd im Cap. ein Hurenweib nimmet/ Sol niemand denken / er seyn so Vizüchtig/ Beide mit Worten und Werken / denn er redet Geisslich vnd dasselbige HurenWeib/ist seine rechte redliche Ehefrau gewest/ und hat rechte Ehekinder mit ihr gezeuget. Sondern das Weib/und die Kinder haben solchen schändlichen Mahmen müssen tragen/ zum Zeichen und Straße des Abgottischen Volks/ so voll Geistlicher Hurenreyn (das ist Abgötterey) war/wie er selbs sagt im Text/ Das Land leuft vom H E R R N der Hurenreyn nach. Gleich wie Jeremias die hulzen Ketten und Becher trug/ zum Zeichen/ und gemeinhlich alle Propheten etwas seltsames thäten/ zum Zeichen dem Volk. Also muß hie sein Ehelich Weib

Weib und Kinder auch Huren Nahmen haben / zum Zeichen wi-  
der daß Hürisch / Abgöttische Volk. Denn es ist nicht zu glauben /  
daß Gott einen Propheten soll heissen Hureren treiben / wie et-  
liche hie den Hosea deuten wollen. In hac sententia etiam est  
Winckelmannus in h. l. p. 8. item B. Tarnovius, B. Gerhardus loco  
de Providentia §. 129. p. 140. & B. Hutterus in LL. CC. Refutatione  
Calviniana Impietatis de Causa Peccati p. 247. fateriq; necessum  
quoq; habet Rivetus p. 9. hanc sententiam proprius ad verum sen-  
sum accedere, nec incommodis iisdem gravari, quibus altera  
gravatur.

כִּי זֹנָה הַזְנוֹת מִאֲחֶרֶי יְהוָה : quia scortando scortatur  
iur Terra de post. Jekovam כִּי particula est separabilis causalis,  
seu rationalis, quia qroniam, quod : est tamen etiam aliquando  
particulaconditionalis, & temporis, si, quando, cum, postquā,  
ubi Gen. 4. Targ. אַתָּה שִׁיבֵּל תְּרָמָה, non addet dare vim suā.  
זֹנָה הַזְנוֹת scortando scortatur. (anadī plosis illa ebraica vim  
habet exaggerandi idolomaniam) i.e. continuè: nam ad ma-  
jorem certitudinem, & evidentiam exprimendam solet verbū  
finitum regere suum infinitum. Usurpat autem hic S. S. vocem  
scortationis pro adulterio, & adulterium pro idolatria per  
metaphoram, quia sicut adultera spredo & deserto conjugi, ad-  
haret alieno, sic idololatra, Deo vero derelicto, cultui alienorū  
Deorum adharet. זֹנָה est 3. sing. fæm. fut. Kal. notat actū cōtinuū.  
Raschi vult esse שְׂזָנָה linguae præsentis. Radix est  
scortat⁹ est: cōstruitur vel cū בְּ in, Ezech. 16. vel cū לְ ad &  
על contra Num 25. 1. vel etiam cum חָנָה. Esa. 24. 15. itē cū  
בְּחָרָה, Exod. 34. vel deniq; cum מִן & מִעֵל & מִאֲחֶרֶי Psal. 73. Hos. 9. 1. &  
h. l. Unde nomen זֹנָה, scortum, meretrix, lupa: cuius poste-  
rioris vocis rationem dat David de Pomis in lexico suo, cui ti-  
tulus לְאַטִּינוֹ נִקְרָאת זֹנָה לְפִי (צָמְרוֹד) (צָמְרוֹד) (צָמְרוֹד)  
הַזְנוֹת בְּלָשׁוֹן לְאַטִּינוֹ נִקְרָאת זֹנָה לְפִי (צָמְרוֹד)  
שְׁכִמוֹ הַזָּאָב יְתֻרֹּף טְרֹף בְּלִי שְׁבָעוֹן כִּן הַזְנוֹת לֹא תְרוֹת  
i.e. זֹנָה מְפֻולָּת וּבָוָת : lingua latina vocatur Lupa: quia sicut  
lupa rapit rapinam sine saturitate: ita scortum non saturatur  
ex opere scortationis. אַתָּה terra i. e. per Metonoymam po-  
pulus, sive Incolæ: potissimum autem intelligitur Samaria, seu  
decem tribus Israëlis. אַתָּה in אַתָּה est emphaticum, & articulum  
δ, vel οι apud græcos refert, Hæc terra, aut terra illa: derivant-

B 3 ali-

aliqui à rad. יְלֹא cueurrit, quod animalia in ea currat. טרנָת  
ירוהה de post Dominum: LXX. αὐτῷ τῷ Θεῷ, vel, ut nonnulla exemplaria legunt, αὐτῷ ὁ πατέρας τῷ Κυρίᾳ i. e. deserto, & reliquo Domino, sive, ut in notis Bibl. Holland. habetur, also dat d'invvonders des lants den Heere niet meer navolgen; maer van hem afvijcken, ende den asgoeden onsinigh na-loopen, Conf. c. 4. n. Hos. Contra dicitur, ire post Dominum, ambulare cum Deo, vel coram Deo, qui Domino adharet. Mem enim in compositione, sicut & alias quandoq; ita exigente subjecta materia, & Scripturæ analogia negat. Conf. Psal. 45. 8. ideo inuixit te Deus Deus tuus oleo lætitias מחריבך ubi Meps sumitur negative. Conf. Joh. 3. 34. &c.

### VERSUS 3.

וַיְלֹא וַיִּקְחֶת גָּמֵר בַּת דָּבְלִים Et abiit, & accepit Gomer filiam Diblaim. Hactenus de mandato divino actum fuit, sequitur nunc prompta Mandati executio. Rectè observat Drusius in b. I. p. 9. quod ex his & præcedentibus verbis, vade, & accipe probari possit, non esse hanc meram parabolam, qualis fuit illa Nathanis ad Davidem, cum peccatum ejus reprehenderet. 1. Sam. 12. v. 2. ut vult Rivetus p. 11. Nam si mera parabola esset, inquit, dixisset meo judicio. Propone hanc parabolam populo, aut hujusmodi quid. וַיְלֹא & abiit, est 3. sing. Fut. Kal. 1 est conversivum futuri. i. e. facit ex significatione futuri præteritū. rad. יְלֹא de qua supra. וַיִּקְחֶת & accepit, scil. in matrimoniu. Est, 3. sing. fut. Kal. 1 iterū est cōvers. rad. קָחַת de qua sup. אֶת וְסָר Gomer. Drusius p. 10. vertit ut τετελεσμένη i. e. consummatam, & perfectam: Fortè, inquit, sic appellata fuit à pulchretu diue suis numeris absoluta, aut quod omnibus lenocinii artibus instructa esset. Rabini eam sic dictam volunt eo quod omnes potiuntur ea, vel absument eam, & perficiunt in ea optatū. Aliis nomen, Gomer, est consumptio, seu consummatio, in malum, quam significationem huic prophetiæ magis convenire judicat Rivetus p. 7. quatenus Hostas jussus est,

ut

us denuntiaret Israëliticæ Ecclesiæ eam esse Gomer. i. e. destruc-  
tionem brevi destruendam, & abolendam ob abominandam  
suam idolatriam. Tota difficultas videtur oriiri ex ebrä-  
ica voce Gomer, quæ sumitur in bonū, & in malum. In bonum  
pro perficere, conficere, absolvere, completere, implere Psal.  
78. 8. Dominus יְגִבֵּר בָּעֵד perficiet pro me. Targ. יְשַׁלְּם  
rependet eis malum proprie me.  
Psal. 57. 3. Vocabo ad Deum excelsum, ad Deum גֶּתֶר עַל pet-  
ficientem propter me. LXX. τὸν εὐεργέτην σαυτά με qui benefi-  
cit mihi. legerunt גָּלֵל, ob literarum רְלָל similitudinem. In  
malum pro consumi, destrui. Psal. 12. 2. & 7. 10. Nos in te du-  
bia, neq; magni momenti, cum B. Tarnovio nihil definimus.  
הַ בְּתַת דָּבָרִים filiam Diblaim LXX. θυγατέρα Δεθύλεη, vel  
ut alia exemplaria legunt, Δεέλαστημ. An nomen hoc sit Pa-  
tris, vel Matri, vel Patriæ, aut ioci, non convenit inter interpre-  
tes. Drusius mavult esse nomen Viti. Et favet, inquit Rive-  
tus, terminatio masculina iis, qui existimant esse nomen Pa-  
tris. Sed in re obseura, & exigui ponderis sequatur quivis, qvōd  
ipsi arridet: certum tamen est, quod nomen ebræum  
דָּבָרִים ex usu crebriore radicis possit significare massas sicuum. In  
notis Bibl. Holl. vox illa explicatur per tvve klompen vijgen,  
vvaer door beduijt kan vworden de geijlheijt, vwellustigheijt,  
ende dertelheijt des volcx.

וְהִרְאֵתִי וְהִרְאֵתִי & concepit, & peperit eis filium. Targ. אֹסֵרִי Et addiderunt, & fecerunt opera mala.  
Raschi וְעַבְרוּ עֲבָרִין בִּשְׁנִין, & addidit facere o-  
pera mala. R. Kimchi ita in h. l. commentatur. amar Bhen  
ci jorobhaam bhen joas hajah hasak bhemalchuto chemo  
hassachat schehg hasak mehannekebba \* umelech arbham  
veahath schana vheschiebh ghebhuhl lschraeel milebhoo  
hamathadham haarabham: i. e. Dixit filiu, quia Reoboam fili-  
us Joas fuit potens in regno suo, non secus ac mascu-  
lus

Ius validior est fœmina. 2 Rcg. 14. 25. regnavitq; 41. annis, & restituuit fines Israel ab aditu Antiochiæ usq; ad mare planicici. וַתִּהְרֹא וַתִּתְהַרֵּךְ & concepit. 3. sing. fœm. Kal. à rad. הָרַח concepit, uterum gessit, de toto tempore, quo fœtus est in utero, grāvida fuit. Hinc הָרַח grāvida, uterum gerens fœmina Ela. 7. 14. ecce Virgo הָרַח grāvida Targ. מַעֲדִי imprægnata. LXX. εὐγενοῖς λήψεται. וְתַלְדֵּר & peperit est 3. sing. fœm. fut. Kal. cum vau cōversivo futuri. rad. יָלַד peperit, genuit, generavit. בָּנֶן filium à rad. בָּבְכָה ædificavit, extruxit, dicitur autem בָּנִי filius, quod sit ex parentibus exstructus: quodq; sit quasi ædificium & structura parentum, quoad generationem, & educationem.

F I N I S.

## SOLI DEO GLORIA.

### ANNEXA

I. An textus ebraicus V. T. prout à nobis Christianis in probatis, etiam Judaicis, exemplaribus asservatus, usurpatum, sit corruptus? Neg.

2. An textus græcus N. T. in probatis codicibus (licet diversitate lectionum aliquantulum discrepantibus) asservatus, sit corruptus, sive ab Hæreticis per malitiam, sive à librariis per incuriam? Neg.



TE TATINGHOFIUM multas consumere luces  
Vidit, & applausum LEUCORIS alma dedit.

Nec sine præclarâ dimittet forte coronâ,

Monstrans ulterius commodam ad astra viam:

Hæc velut alituum grex nubila scande, tuumque

Conspicuum astrigero syrmate prode caput.

Sic melior repetes patrioscum laude penates,

Quam doctum excipiet filium uterque parens!

Ipsa suum decus hinc Hollandia sentiet olim,

Et pro Leucoridum vota salute dabit.

Commensali & Fautori  
suo scrib,

M. JACOBUS REICHMANN Colleg. Philos. Adj.  
S. W. C.

Ung. VI 14



56

1028  
1017 I



# FarbKarte #13

B.I.G.  
Black  
White  
Magenta  
Red  
Yellow  
Green  
Cyan  
Blue

8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
Centimetres  
Inches

ratio Philologica.  
m 2. & 3. cap. 1. Hose&. quam  
**Cum Deo.**  
issima Facultate Philosophica  
lacida φιλολογίαν των συζητήσεων  
licet proponunt  
**ES TATINGHOFF**  
**SA - BATAVUS.**  
ET  
**ID, TATINGHOFF,**  
SS. Th. Stud. & Phil. Cand.  
em 8. April. f. 7.  
erid. in audic. minore.  
ANNO  
er. Jul. 6367.  
Christi vulg. 1654.  
Veri 1656.  
Passione Christi 1622.  
erio Johannis Haken.

51  
bbb)

53.